

audit omnia: & habet verbum incarnatū ex Maria virgine: &  
spiritū sanctū qui eam obumbravit / & humanitatē verbi adim-  
pleuit. Si autē existimant & in Adam verbū dei & spiritū fuisse  
fuit verbū se: non effugient manifestū mendaciū. Si em̄ verbū dei cū car-  
dei nec spi- ne & terra illius vnitum esset: & spiritus repleuisset Adam:  
ritu sanctus nunq̄ decipere potuisset illū sathanas / vel fefellisset. Verbo  
tamē suo dixit deus Adē: Esto / hoc eodē verbo quo fecit oīa:  
Ioh. i. a. quod quidē ab eterno erat apud deum. Itaq; christus verus est  
xps ē ver- deus / & verbū dei: Neq; enim verbū dei minus est q̄ totus de-  
bum dei. us. Est etiā homo verus ex virgine Maria genitus: Et inquan-  
tū homo / & apostolus est dei: & propheta dei: & seruus dei.  
Ioh. x. g. Et q̄tū ad hoc bene dicit Alcoranū in capitulo Elnesa: q; neq;  
ap̄tus: pro xps / neq; fideles angeli negabunt eum seruum esse dei: id est  
pheta: ser- inq̄ntum homo est. Non inuenit̄ tñ in toto euangelio: q; ipse  
uus. christus dicat de seipso / q; sit seruus dei: ne errorem inducat.  
Sed neq; palam dixit: ego sum deus: neq; / homo: sed veris &  
manifestis operibus ostendit: seipsum & deum esse verum: &  
Ioh. x. g. hominem verum. Et propter hoc dixit: Si mihi non vultis cre-  
dere: operibus credite. Et hęc est efficacior probatio / q̄ si ver-  
bis solis hoc dixisset. Dicitum est autem superius quare ante  
passionem hoc non dixit palam. Apostoli autem & euangeli-  
ste prius & post hęc & alij predicatorum sic manifesta verba  
& dixerunt & ostenderunt: ut totus mundus conuinceret̄ hoc  
credere. Mahometus autem postq̄ bene dixit christū esse ver-  
bum dei / non stetit in veritate / sed contradixit sibi ipsi: dicens  
ipsum christum non esse deum. Tamē dixit / q; apud deum se  
excusauit: quod patuit superius in nono capitulo manifeste  
falsum esse: tum quia dicit q; ipse christus dixit: Adorate de-  
um meum & deum vestrum: dominum meum & dominum  
Ioh. xx. e. vestrum. Hęc autem ratio neq; constat: Inq̄ntum enim verus  
homo fuit: verus seruus est dei: ut superius manifestum fuit  
Contingit ergo de Mahometo / quod de alijs ipse scripsit in ca-  
pitulo longē / dicens: q; quidam reprobant quæ non intelligunt  
& quæ non possunt exponere. Sicut & ipse reprobauit myste-  
rium incarnationis: propterea q; ipse non intelligebat / nec pos-  
terat exponere quæ in euāgelio dicebantur de christo: Et scd̄ in  
eandem rationem neq; trinitatis mysterium suscepit: non em̄  
potuit intelligere personarum discretionem absq; discretionē